

1.

Propst Gerhoch [von Reichersberg] übermittelt dem Abt Gottfried [I.] von Admont seine "Erklärung der Psalmen" mit dem Ersuchen, da eine ungewohnte andere Meinung vom Leser als schismatisch oder häretisch erachtet werden könnte und die Wahrheit wie bei einem Wanderer im Dunkeln gegen räuberische Angriffe mit Pfeilen gleichsam ebenso mit Schild und Helm zu schützen ist, gegebenenfalls, da er nicht im Dunkeln wandelt, zuzustimmen oder Ergänzungen anzubringen und um sichere Rücksendung des Werkes zur Berichtigung.

[1147 Februar/März].

Glz. Abschr in Gerhochs "Liber contra duas haereses sui temporis" Reichersberg StiftsA: Hs. 1 fol. 2^r (B) und London British Museum: Add. mss. 22634 fol. 115^r Sp. b (C)

Pez, Thesaurus I/2 (1721) 283f. aus B = Migne, Patrol. lat. 194 (1855) 1161f.

Reg.: Van den Eynde, L'œuvre (1957) 213 Nr. 40 zu 1147 nach September. — Classen, Gerhoch (1960) 349 Nr. 48 zu 1147 Febr./März.

Zu dem an den Anfang des obgenannten Werkes gestellten Schreiben und seiner Datierung vgl. zuletzt Classen a. a. O. 416ff. (Opus 9).

G(odefrido) venerabili Admvtensis cenobii abbati frater G(erhochus) devotum cum assiduis orationibus obsequium. Crebro experimento didici a sagitta volante per diem non esse tutum viatorem quantumlibet vacuum, si ambulat inter latrones, nimirum solitos prius viantem sagittare, quam curent sacculos eius explorare. Est tamen genus latronum non sagitta ferientium, sed gladio priusquam viderint onustum viatorem, quem non lederent, si vacuum viderent. Unde ait ethicus: Cantabit¹ vacuus coram latrone viator¹. Quia ergo mihi via est non solum inter sicarios, de quibus dicitur: Lingua² eorum gladius acutus², verum etiam^a inter sagittarios^b malignos; necesse mihi est attendere, quid de huiusmodi scriptum est: Quoniam³ ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in faretra^c, ut sagittent in o(bscuro) r(ectos) c(orde)³. Timidi sunt namque huiusmodi latrones ledere parati, etiam^a rectos corde. Timide sunt eorum toxicatę sagittę atque cavende omnibus rectis corde, quibus maxime insidiantur, sed frustra, quoniam recti corde, quos inexpugnabili scuto⁴ suo circumdabit veritas, non timebunt a timore nocturno, a sagitta volante p(er) d(iem), a n(egotio) p(er)ambulante) i(n) t(enebris), ab incursu et d(emonio) m(eridiano)⁴. Volens tali scuto circumdari veritas discipulos suos, ait: Si⁵ manseritis in sermone meo, vere liberi eritis, et veritas liberabit vos⁵. Ut ergo tutus ac liber incedam in expositione psalmodum^d, neque timeam mihi a verbo aspero, quoniam usitatum est quibusdam importunis^e vocare scismaticum vel hereticum, quemcumque suo sensui viderint minus consonum. Si qua forte modernis lectoribus inusitata interponentur antiquorum patrum orthodoxorum sententiis veris hinc inde cincta et scuto⁶ veritatis circumdata⁶ invenientur. Sed quia inter

hostes versanti non sufficit scutum, nisi caput quoque ipsius galea munitum sit, presens istud proemium tuę paterņę sapientię destinatum tractatui meo in partes distincto censui anteponendum, ut hinc munitum seu galeatum sit eius caput^f et principium contra sagittarios de longe atque sicarios de prope ferientes et ledere paratos in⁷ obscuro etiam rectos corde⁷. Tu igitur, quem rectum corde non dubito, quia non ambulas in obscuro, minime habes necessarium premuniri hoc opusculo nostro. Veruntamen^g propter alios in obscuro ambulantes hoc ipsum tibi destino, ubi placet, appropandum atque, ubi rationabiliter displicet, emendandum vel mihi, ut emendetur, caute resignandum.

a) C, etiam B b) C, sagittarios B c) BC statt pharetra d) davor Rasur eines Buchstaben, von gleicher Hand s über der Zeile eingefügt B e) C, inportunis B f) C, capud B g) C, Veruntamen B

1) Cantabit – viator *Juvenalis, Satira 10, 22*

2) Lingua – acutus *Ps. 56, 6*

3) Quoniam – corde *Ps. 10, 2*

4) scuto – meridiano *Ps. 90, 5f.*

5) Si – vos *vgl. Joh. 8, 31f.*

6) scuto – circumdata *vgl. Ps. 90, 5*

7) in – corde *Ps. 10, 2.*